IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Seite 114
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ad orientem de taffua. ꝓtransitq; contra
mare in ualle harundinet. suntq; egres
sus eius in mare salsissimum. Hec est posses
sio tribus filiorum effraym. p familias suas. ur
besq; separate sunt filius effraym. in medio
possessionis filiorum manasse. & ille eorum.
Et non interfecerunt filii effraym chananeum
qui habitabat in gaser. habitauitq; chana
neus in medio effraym. usq; in diem
hanc. TRIBVTARIVS.
TRAIECTVS filiorum effraym & possessio
nes hic memorantur. que ab apl̄o determi
nantur. Habetis inquit fructum uestrum in
sanctificatione. finem uestrum uitam eternam.
Hunc terminum. uel hanc possessionem fi
lii effraym optinent. dum contemplatio
ni deditu. puritati cordis in spe eterne ui
te student. Et suas cognationes. que sunt
orationes & meditationes. Contra oriente.
ad diuine gre semp intentu uisitationem.
Vnde abacuc loquitur. Sup custodia meam
stabo. ut audiam quid dicatur mihi. Hinc
etiam psalmista dicit. Audiam quid loqua
tur in me dnis deus. Astaroth. adar. usq;
bethoron superiorem. Astaroth. caule. prese
pia. ouilia. uel atria dicitur. p quas uel
ecclesie unitas. uel congregationis stabili
tas exprimitur. quas qui fortiter tenet. con
templationis fructum assequi ualet. Adar.
magnificus. siue pallium dicitur. quo ui
te, pfectus exprimitur. qui in congregatione
acquiritur. quo ui pallio homo in decore
uirtutum amicitur. de quo psalmista
loquitur. Confessio & pulchritudo in con
spectu eius. sanctimonia & magnificentia
in sanctificatione eius. Astaroth. & adar. usq;
bethoron superiorem pungunt. quia stabi
litas & compositio uite. contemplati
onis eminentiam attingunt. Confinia
in mare egrediuntur. quia cognatio
num secreta. contemplationi contigua
ad eterne remunerationis gaudia ex
tenduntur. Confinia in mare egredi
untur. quia dum contemplationi mi
tis acies infigitur. sce scripture profundi
conspicitur. Macmethat uel aquilonem
respicit. & terminos. contra orientem in
thanat selo. Macmethat humilitas. siue
attrectata. uel uile tributum dicitur.
p quam temptatio exprimitur. in qua
anima humiliata fatigatur. in qua ui
le tributum hostibus redditur. cum
uicissim non resistitur. Macmethat aqui
lonem respicit. quia ab aquilone uen
tus uenit. qui frigore obdurationis cor
constringit. Terminus contra oriente
circuit. quia contra diuine gre uisita
tionem. cognationum. uerborum. & ope
rum ordinem. temptationis inunda
tio confundit. In thanathselo. que so
nat ficus auulsio. uel dimissio. quia
inundatio temptationis tollit suauita
tem diuine contemplationis. Vnde
p salemone dicitur. Musce morientes.
perdunt suauitatem unguenti. quia in
quiete mundi occupationes. uel carnis
delectationes. tollunt mentis dulcedi
nem spiritus sci. Et ꝓtransit ab oriente
ianoe. descendit q; de ianoe in atharoth.
& noaratha. & peuenit in iericho. Ab
oriente ianoe ꝓtransitur. que requi
es dicitur. cum quies illa interna cor
dis amittitur. que p uisitationem
spiritus sci celitus illabitur. De ianoe